



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

6. De ordine eius ad alias virtutes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

cum Deus infantie
aliqui habitum scien-
tiz moralis uel natu-
ralis, aut habitum re-
perantur seu fortitu-
dinis. Rursum scien-
dum est, quod aliud
est habere aliquem
habitum electiuum
secundum rationem
rectam, & aliud est
habere similem ha-
bitum secundum ra-
tionem uirtutis, uer-
bi gratia, aliud est ha-
bere habitum amo-
ris, acquiruntur ex
frequentibus actibus
amandi Deum, & p-
ximam etiam secundum
regulas fidei, & aliud
est habere uirtutem
charitatis, habere enim
uirtute charitatis, est
habere habitum in-
finitum diuidentem
filios Dei a filiis per-
ditionis, habere autem
habitum acquisite
charitatis non est ha-
bere huiusmodi uir-
tutem, quia est donum
Dei ut ex se patet.
His premissis dicitur,
quod quia poenitentia,
est per se uirtus infu-
sa, quantumcumque ex
frequentibus poeni-
tenti actibus similis
habitus generari pos-
sit, iniquum tamen p-
uenire ad plenam ra-
tionem uirtutis poe-
nitentie: quia nun-
quam peruenit ad
hoc, quod sit donum
reconcilians Deo of-
fensio. Quod autem
poenitentia sit uirtus
per se infusa, ex eo
patet, quod omnes
illae uirtutes, quae ex
suo genere ordinant
hominem secundum
statum uitae gratiae,
sunt ex suo genere
infusae: ut pote ex-
cedentes statum uitae,
quae est secundum na-
turam & rationem
naturalem: sed uirtu-
tem poenitentiae, con-
stat ad statum uitae,
quae est secundum
gratiam Dei pertinere
resoluitur & religione,
ut est circa sacramen-
ta, circa uenerationem
Dei, unius & trini,
&c. Unde apparet fal-
sum esse solas theo-
logales uirtutes esse
infusas, & uirtutem
poenitentiae posse esse
infusam seu cum pec-
cato mortali, optime
que auctor dixisse,
quod actus & habitus
charitatis simul sunt
per se cum actu & habitu
poenitentiae, cum iusti-
fikat impius. Et per
hoc patet responsio
ad obiecta.

est motus spei; quo quis sub spe
ueniae consequendae assumit pro-
positum emendandi. quintus ac-
tus est motus charitatis, quo ali-
cui peccatum displicet, secundum
seipsum, & non iam propter sup-
plicia. Sextus actus est motus tim-
oris filialis, quo propter reue-
rentiam Dei aliquis emendam
Deo uoluntarius offert. Sic igitur
patet, quod actus poenitentiae
a timore serui procedit, sicut a
primo motu affectus ad hoc ordi-
nato, a timore autem filiali si-
cut ab immediato, & proximo
principio.

AD PRIMVM ergo dicendum,
quod peccatum primo incipit
homini displicere (maxime pec-
catori) propter supplicia, quae res-
picit timor seruilis, quam pro-
pter Dei offensam uel peccati tur-
pitudinem, quod pertinet ad cha-
ritatem.

AD SECVNDVM dicendum, quod
in regno celorum appropinqua-
te intelligitur aduentus regis, non
solum praemiantis, sed etiam pun-
ientis, unde & Matth. 3. Ioannes
baptista dicebat, Progenies uipe-
rarum, quis demonstrabit uobis
fugere a uentura ira?

AD III. dicendum, quod ip-
se est motus timoris procedit ex
actu Dei conuertentis cor. unde
dicitur Deut. 3. Quis det eos tale
habere mentem, ut timeant me,
& ideo pro hoc, quod poenitentia
a timore procedit, non excludit
quin procedat ex actu Dei con-
uertentis cor.

ARTICVLVS VI.

Utrum poenitentia sit prima uirtutum.

AD SEXTVM sic procedit.
Videtur, quod poeni-
tentia sit prima uirtutum:
quia super illud Mat. 3. Poeniten-
tiam agite, dicit gl. *Prima uirtus
est, per poenitentiam punire uete-
rem hominem, & uitia odisse.

¶ 2. Praet. Recedere a termino,
prius esse uidetur, quam accedere
ad terminum: sed omnes aliae uir-
tutes pertinere uidentur ad acces-
sum ad terminum (quia per om-
nes ordinatur homo ad bonum
agendum) poenitentia autem ui-
detur ordinari ad recessum a ma-
lo, ergo poenitentia uidetur esse
prior omnibus aliis uirtutibus.

¶ 3. Praet. Ante poenitentiam est
peccatum in anima: sed simul cum
peccato nulla uirtus animae inest.
ergo nulla uirtus est ante poeni-
tentiam: sed ipsa uidetur esse prima,

quae aliis aditum aperit, excludendo peccatum.

SED CONTRA est, quod poenitentia procedit ex
fide, spe, & charitate, sicut iam dictum est. * non ergo
est poenitentia prima uirtutum.

RESPON. Dicendum, quod in uirtutibus non
attenditur ordo temporis quantum ad habitum: quia
cum uirtutes sint connexae (ut in secunda parte ha-
bitum est *) omnes simul incipiunt esse in ani-
ma: sed dicitur una earum esse prior altera ordine
naturae, qui consideratur ex ordine actuum, secun-
dum quod actus unius uirtutis praesupponit actu
alterius uirtutis, secundum hoc igitur dicendum est,
quod actus quidam laudabiles etiam tempore pre-
cedere possunt actum, & habitum poenitentiae, sicut
actus fidei & spei in fornicium, & actus timoris serui-
lis. Actus autem & habitus charitatis simul sunt tem-
pore, cum actu & habitu poenitentiae, & cum habi-
tibus aliarum uirtutum. nam sicut in secunda parte
habitum est, * in iustificatione impii simul est mo-
tus liberi arbitrii in Deum, (qui est actus fidei per chari-
tatem formatus) & motus liberi arbitrii in pecca-
tum, qui est actus poenitentiae, horum tamen duo-
rum actuum, primus naturaliter praecedit secundum
nam actus uirtutis poenitentiae est contra peccatum
ex amore Dei, unde primus actus est ratio & causa
secundi. Sic igitur poenitentia non est simpliciter prima
uirtutum, nec ordine temporis, nec ordine natu-
rae: quia secundum ordinem naturae simpliciter
praecedunt ipsam uirtutes a theologice, sed quan-
tum ad aliquid est prima inter ceteras uirtutes ordi-
ne temporis, quantum ad eius actum, qui primus
occurrit in iustificatione impii: sed ordine naturae
uidentur esse aliae uirtutes priores, sicut quod est p-
se, est prius eo, quod est per accidens. nam aliae uir-
tutes, per se uidentur esse necessarie ad bonum homi-
nis, poenitentia autem supposito quodam scilicet peccato p-
existente, sicut etiam dictum est * circa ordinem sa-
cramenti poenitentiae ad alia sacramenta praedicta.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod gl. illa loqui-
tur quantum ad hoc, quod actus poenitentiae primus
est tempore inter actus aliarum uirtutum moralium.

AD SECVNDVM Dicendum, quod in moti-
bus successiuis recedere a termino, est prius tempo-
re quam peruenire ad terminum, & prius natura,
quantum est ex parte subiecti, siue secundum ordi-
nem causae materialis: sed secundum ordinem causae
agentis, & finalis, prius est peruenire ad terminum,
hoc enim est quod primo agens intendit, & hic ordo pra-
cipue attenditur in actibus anime, ut dicitur in 2. physico.

AD TERTIVM Dicendum, quod poenitentia
aperit aditum uirtutibus, expellendo peccatum per uir-
tutem fidei & charitatis, quae sunt naturaliter prio-
res: ita tamen aperit eis aditum, quod ipsae simul in-
trant cum ipsa, nam in iustificatione impii simul cum
motu liberi arbitrii in Deum & in peccatum, est re-
missio culpae & infusio gratiae, cum qua simul in-
funduntur omnes uirtutes, ut in secunda parte ha-
bitum est.*

QV AESTIO LXXXVI.

De effectu poenitentiae quo ad mortaliu peccatorum remissionem, in sex articulos diuisa.

ET INDE considerandum est de effectu po-
enitentiae. Et primo, quantum ad remissio-
nem peccatorum mortalium, secundo, quan-
tum ad remissionem peccatorum uencialium,
tertio, quantum ad reditu peccatorum dimissorum,
quarto

Ar. pzo.

1.2. q. 65. a. 1.

D. 1177.

1.2. q. 112. a. 1. & 2.

D. 1018.

q. 66. art. 4.

1.2. q. 113. ar. 7. & 8. & q. 65. ar. 3. & 2.